

John Carter Brown
Library
Brown University

JOHN CARTER BROWN
LIBRARY

Purchased from the
Trust Fund of
Lathrop Colgate Harper
LITT. D.

✠

GEOMETRIAE, TVM METAPHYSICES, AETHICESQVE PROPOSITIONES,

QVAS

PVBLICO OFFERT EXAMINI

D. AVGVSTINVS DE LANDABVRV, ET BELSVNZE,

TVRMAE IN LEGIONE SVBVRBANA

DE CARAVAILLO DVX.

PATRONO INSTITVTORE SVO,

D. IOS. HIPPOLYTO VNANVE.

DIE 28 NOVEMBRIS AN. CIↃIↃCCLXXXVI.

HORA 4.

LIMAE in Typographia Viae Marchionis a Concha.

EX GEOMETRIAE THEORIA.

DE LINEIS, ET ANGVLIS.

1. REcta aliqua alteri insistens, aut duos angulos rectos, aut duobus rectis aequales cum illa efficit.

2. Anguli ad verticem oppositi sunt aequales.

3. Omnes anguli circa idem punctum constituti sunt quatuor rectis aequales.

4. Ex uno puncto super eadem recta nonnisi perpendicularis una erigi potest in eodem plano.

5. Ab uno puncto ad eandem rectam unica tantum perpendicularis duci potest.

6. Quoties duo puncta alicuius rectae a duobus alterius utrinque aequaliter distent, erit huic illa perpendicularis.

7. Recta alteri perpendicularis, etiam in oppositam partem continuata permanet perpendicularis.

8. Perpendicularis cuius punctum quodlibet a binis punctis rectae cui insistit utrinque aequaliter distat, quacumque parte in infini-

fini-

finitum usque acta, continuo per puncta aequidistantia transibit.

9. Si recta linea duas parallelas secuerit, 1. angulus externus erit aequalis angulo interno, & opposito.

10. 2. Anguli alterni erunt quoque aequales.

11. 3. Tandem anguli interni, & ad eandem partem positi erunt duobus rectis aequales.

12. Vice versa: duae lineae erunt parallelae, si anguli alterni fuerint aequales, vel si angulus externus interno opposito fuerit aequalis.

13. Recta ex circuli centro ad chordam perpendiculariter demissa eandem secat bifariam.

14. Vicissim recta per centrum transiens, & chordam aequaliter dividens, est huic perpendicularis.

15. Denique recta chordae perpendicularis eandem secans bifariam, per circuli centrum transit.

16. In eodem, vel in aequalibus circulis chordae sunt in ratione directa arcuum, quos subtendunt.

17. Radius chordam aequaliter dividens, aequaliter etiam arcum subtensum scindit.

18. Recta per extremum diametri huic perpendiculariter ducta in unico duntaxat puncto circulum tangit.

19.

19. Radius circuli in puncto contactus est ad tangentem perpendicularis.

20. Angulus tangente, & chorda comprehensus habet pro mensura dimidium arcum subtensum.

21. Anguli ad peripheriam binis chordis efformati mensura est arcus dimidius, cui insistit.

22. Angulus ad centrum est duplus anguli ad peripheriam eodem arcu nitentis.

23. Anguli extra peripheriam mensura est differentia inter dimidium arcum concavum, cui inhaeret, & convexum inter crura interceptum.

24. Anguli extra centrum mensura est dimidium arcuum, quibus ipse, & eius verticalis insistunt.

DE FIGVRIS.

25. PER tres cuiusvis trianguli vertices circunferentia duci potest.

26. In quolibet triangulo tres anguli iunctim sumpti sunt duobus rectis aequales.

27. In quovis triangulo quolibet producto latere angulus externus aequalis est duobus angulis internis oppositis.

28. In omni triangulo maius latus opponitur maiori angulo, minus autem minori; & vice versa.

29. In triangulo aequilatero singuli anguli aequales sunt interſe.

30. Viciſſim si tres anguli sunt aequales interſe, erit triangulum aequilaterum.

31. In triangulo isoscele aequales sunt anguli lateribus aequalibus oppositi.

32. Contra si duo anguli sunt in triangulo aequales, erit triangulum aequicrurum.

33. Triangula bina aequilatera sunt aequalia.

34. Duo triangula bina latera, & angulos his lateribus interceptos aequalia habentia sunt aequalia.

35. Aequalia etiam sunt triangula duo in quibus, & anguli, & latus unum homologum sunt aequalia.

36. Si duo triangula inequalia aequales habeant angulos, ponaturque angulus unus supra alterum aequalem angulum, item que sibi mutuo imponantur latera homologa, quae aequalem in utroque triangulo angulum compleċtuntur, erit tertium latus tertio lateri parallelum.

37. Recta in quolibet triangulo, ex uno in alterum latus ducta tertio lateri parallela, triangulum efformat integro triangulo simile.

38. Quodlibet polygonum resolvi potest in tot triangula, quot sunt polygoni latera.

39. Circulus potest considerari veluti polygonus

gonus regularis ex infinitis lateribus infinite parvis compositus.

40. In omni quadrilatero angulorum summa est quatuor rectis aequalis.

41. Duae lineae rectae binas alias rectas aequales, & parallelas iungentes, sunt & ipsae aequales, ac parallelae.

42. Quodlibet parallelogrammum diagonalis in duo aequalia triangula dividit.

DE LINEARVM, AC FIGVRARVM RATIONIBVS.

43. SI binae lineae rectae angulum efformantes quolibet parallelarum numero aequaliter dissitarum secentur, segmenta inter parallelas comprehensa erunt aequalia.

44. In triangulis similibus latera homologa sun proportionalia.

45. Duo triangula, in quibus latera homologa sunt proportionalia, aequiangula sunt.

46. Duo triangula, in quibus duo latera homologa sunt proportionalia, anguli que his comprehensi aequales, aequiangula sunt.

47. Si ex angulo recto trianguli rectanguli demittatur perpendicularis in hypothenusam, dividet triangulum in duo alia triangula sibi invicem, ac toti triangulo similia.

48. Perpendicularis demiſſa ex angulo recto trianguli rectanguli in hypothenuſam eſt media proportionalis inter duo hypothenuſae ſegmenta.

49. Quodlibet etiam trianguli rectanguli latus eſt medium proportionale inter hypothenuſam, & ſegmentum lateri proximum.

50. Quadratum hypothenuſae in triangulo rectangulo aequale eſt quadratis laterum ſimul ſumptis.

51. Perpendicularis ex quolibet circunferentiae circuli puncto in diametrum ducta, eſt media proportionalis inter duo diametri ſegmenta.

52. Si ducantur in circulo chordae duae ſe mutuo ſecantes, chordarum ſegmenta erunt reciproce proportionalia.

53. Si duae lineae ex eodem puncto extra circulum ductae ad ſuperficiem concavam terminentur, partes externae rectis integris ſunt reciproce proportionales.

54. Si duae figurae ſimiles in triangula utcumque dividantur per diagonales ex angulis homologis ductas, triangula homologa erunt ſimilia.

EX SVPERFICIERVM MENSVRA.

55. QVaelibet parallelogramma inter eaſdem

dem parallelas, & super eadem basi constituta sunt aequalia.

56. Quaelibet etiam triangula inter easdem parallelas, & super eadem basi inhaerentes sunt aequalia.

57. Superficies parallelogrammi aequalis est producto ex basi in altitudinem.

58. Trianguli superficies est dimidium productum ex basi in altitudinem.

59. Triangulorum superficies sunt in ratione composita basium, & altitudinum.

60. In triangulis similibus superficies sunt in ratione duplicata laterum homologorum.

61. Triangula similia sunt inter se ut quadrata laterum homologorum.

62. Polygoni regularis superficies aequatur dimidio producto perimetri in perpendicularem ex centro polygoni ad latus unum demissam.

63. Superficies circuli aequalis est dimidio producto ex radio in circumferentiam.

64. Figurarum similium superficies sunt in ratione duplicata laterum homologorum.

DE SOLIDIS.

65. SOlidorum rectilineorum genesin explicare.

66. Solidorum curvilineorum genesin enodare.

67. Prysmatis recti superficies, seclusis basibus, aequalis est producto ex perimetro basis prysmatis in eiusdem altitudinem.

68. Prysmatis soliditas aequatur areae basis in altitudinem ductae.

69. Superficies cylindri recti, praeter bases, aequatur producto ex perimetro basis in altitudinem.

70. Soliditas cylindri aequalis est areae basis in altitudinem ductae.

71. Pyramis est tertia pars prysmatis eiusdem basis, & altitudinis.

72. Rectae pyramidis superficies, seclusa basi, aequatur dimidio producto ex perimetro basis in perpendiculum ex vertice in latus quodlibet basis demissum.

73. Eandem etiam mensuram habet coni recti superficies.

74. Pyramidis soliditas aequalis est tertio producti ex basi in altitudinem.

75. Eandem quoque mensuram habet coni soliditas.

76. Sphaera est ad cylindrum super aequali basi, & eiusdem altitudinis ut 2. ad 3.

77. Superficies sphaerae aequalis est cylindri circunscripti superficiei.

78. Sphaerae superficies aequatur facto circuli maximi in diametrum.

79.

79. Sphaerae soliditas aequalis est producto circuli maximi in duos tertios diametri.

80. Superficies solidorum similium sunt in ratione duplicata laterum homologorum.

81. Solida similia sunt in ratione triplicata dimensionum homologarum.

EX PRAXI GEOMETRIAE.

82. SVper quodlibet punctum rectae datae perpendicularem erigere.

83. A dato puncto ad rectam perpendicularem demittere.

84. Datam lineam in duas aequales partes dividere.

85. Angulum metiri.

86. In dato cuiusvis rectae puncto angulum dato aequalem construere.

87. Per datum punctum rectam alteri parallelam ducere.

88. Datis duabus rectis tertiam proportionalem exhibere.

89. Datis tribus rectis quartam proportionalem determinare.

90. Inter duas rectas mediam invenire proportionalem.

91. Circuli arcum in duas aequales partes dividere.

92. Angulum etiam rectilineum bifariam secare.

93. Circuli, aut arcus cuiusvis centrum reperire.
94. Per datum punctum tangentem circulo ducere.
95. Dato diametri valore, circunferentiae valorem indicare.
96. Vice versa dato circunferentiae valore, diametri valorem eruere.
97. Aream rectanguli definire.
98. Trianguli aream determinare.
99. Aream polygoni regularis metiri.
100. Circuli aream detegere.
101. Prysmatis ac cylindri superficiem exhibere.
102. Eorundem etiam corporum soliditatem indicare.
103. Pyramidis, ac coni superficiem definire.
104. Eorundem corporum soliditatem patefacere.
105. Sphaerae superficiem metiri.
106. Eiusdem soliditatem invenire.

EX METAPHYSICES PROOEMIO.

107. METaphysices naturam, & divisionem tradere.

EX ONTOSOPHIA.

108. ENS generatim contemplatum, eiusque essentiam, existentiam, ac possibilitatem exponere.

109.

109. Metaphyſicam entis veritatem, bonitatem, caeteraque ipſius attributa transcendentia declarare.

110. Ens ſimplex, & compoſitum, *neceſſarii*, ac *diſtinctionis* notionem, & varias ſpecies praeterea patefacere.

111. Ens finitum, & infinitum, *ſubſtantiam*, *ſubſiſtentiam*, *ſuppoſitum*, ac *perſonam* definire.

112. Cauſarum genera recenſere.

113. Subſiſtentia non eſt ulla ſpecialis entitas poſitiva naturae ſuperaddita, ab eaque phyſice diſtincta.

114. Nulla cauſa effectrix corporea agere poteſt in diſtans corpus, quin per interiecta corpora actionem transmittat.

EX PNEVMATOSOPHIA.

115. SPirituum naturam, & ordines diverſos explicare.

116. Subſtantiae a Leibnitzio, Cudwortio, & Wolfio *hiloſoicae* nominatae, ſunt prorſus chimericae, adeoque praeter *puras*, *&* *ſenſitivas Intelligentias*, nulla alia Spirituum claſſis admittenda eſt.

117. Materia non eſt ullius cogitationis capax, conſequenterque Epicuri, Lucretii, Voltairii, Hobbeſii la Mettrie, ac reliquo-

liquorum Materialistarum circa Spirituum essentiam, & vires systema omnino rationi adversatur.

EX PSYCHOSOPHIA.

DE MENTE HVMANA IN SE IPSA CONSIDERATA.

118. MEns humana est substantia spiritualis.
119. Mens humana est immortalis.

DE MENTE HVMANA CORPORI SOCIATA.

120. ANthropographiam, seu anatomicam humani corporis historiam summatim referre.
121. Tabulas XLIII, XLIV, XLV Cl. V. Bartholomei Eustachii osteographiae humanae conspectum exhibentes explicare.
122. Tabulam XVIII eiusdem, encephali, ac neurographiae imaginem obtutui offerentem evolvere.
123. Tabulas denique XXV, & XXVI angiographiam comprehendentes explanare.
124. Sensationum leges ad mentem Cl. Boerhaavii expedire.

125. Mentis cum corpore commercii notionem tradere.

126. Anima reſidet in calloſo cerebri corpore.

127. Syſtema *cauſarum occaſionalium* a Cartheſio excogitatum, a Mallebranchio illuſtratum admodum, atque acriter vindicatum minus idoneum videtur ad mentis cum corpore commercium explicandum.

128. Leibnitzii *harmonia praeſtabilita*, etiam inſufficiens omnino eſt huic myſterio enodando.

129. Hipotheſis *mediatoris plaſtici* Ioannis Clerici ex Apuleii fabellis deducta, omnium abſurdiſſima eſt.

130. Vetus *influxus phyſici* ſyſtema utut ſuis non caret difficultatibus, prae caeteris tamen omnibus eſt amplectendum in mirabili mentis cum corpore commercio declarando.

131. Mentis humanae proprietates, eiusque poſt ſeparationem a corpore ſtatum contemplari.

DE ANIMA BELLVARVM.

132. ANima Belluarum eſt ſubſtantia pure materialis.

133. Anima Belluarum in ſpiritibus animalibus, ſeu ſubtilioribus ſanguinis particulis ex

cinericeis cerebri anfractibus in tubulos nerveos medullosi corporis expresis, videtur constituta.

EX THEOSOPHIA.

DE NATURA, ET EXISTENTIA DEI.

134. DEUS in ordine morali videtur esse *supremus omnium Dominus, humanae sortis arbiter, vindex vitii, & virtutis remunerator, rebus humanis consulens, nostris actionibus invigilans, &c.* in ordine autem physico *mundi creator, motor, & conservator*, uno verbo, *orbis universi causa suprema*: in ordine denique metaphysico *ens necessarium distinctum a materia, summe intelligens, & summe perfectum.*

135. Nullus debet manere indifferens, ac suspensus circa Theismi veritatem.

136. Atheismus vere societati infensus est, & noxius privatis ipsis hominibus.

137. EXISTIT DEUS.

DE DIVINIS ATTRIBUTIS.

138. A*sseitatem, infinitatem, spiritualitatem, sapientiam*, atque DEI *aeternitatem* expendere.

139. *Omnipotentiam* quoque & *unitatem* exponere.

140. DEVS res omnes directe, ac positive conservat.

141. DEVS providet rebus omnibus, quae sunt, aut fiunt in universo.

142. Simultaneum DEI cum creatura concursum exponere.

DE RELIGIONE.

143. HOmines cultu tam interno quam externo DEVM venerari tenentur.

144. Ad notitiam verae Religionis adquirendam requiritur revelatio.

EX ETHICES PROOEMIO.

145. EThices naturam, & partes generaliter explicare.

EX ETHICE GENERALI.

DE ACTIBVS HVMANIS, HORVMQVE PRINCIPIIS.

146. ACtuum humanorum essentiam, genera, & principia declarare.

147. Libertatis humanae notionem, & species tradere.

148.

148. Voluntas humana contrarietatis libertate fruitur.

149. Voluntas humana contradictionis etiam libertate gaudet.

DE MORALITATE, ET REGULIS ACTVVM HVMANORVM.

150. BOnum, & malum morale, tum in se ipsis, tum respectu eorum originis, & in individuo perpendere.

151. Legis divinae, naturalis, & humanae rudimenta evolvere.

152. Spirat in homine lex naturalis qua iustum ab iniusto naturaliter distinguitur antecedenter ad omne pactum, & omnem legem positivam.

153. Lex naturalis in primariis praeceptis, a nullo rationis compote potest invincibiliter ignorari.

154. Theoriam, ac praxim conscientiae iuxta saniorem doctinam explicare.

DE ACTVVM HVMANORVM VLTIMO FINE, SEV DE HOMINIS BEATITVDINE.

155. HOminis beatitudo formalis in virtutis exercitio posita est.

156. Obiectiva hominis beatitudo in solo DEO consistit.

157.

DE ANIMI AFFECTIBVS, VIRTVTIBVS, ET VITIIS HOMINIS MORALIBVS.

157. PAſſionum naturam, & varias ſpecies explanare.

158. Paſſionum originem detegere, indeque earum in homine cum aetate mutationis cauſam deducere.

159. Virtutes hominis morales non cardinales modo, ſed quae ex his etiam derivantur recenſere.

160. Vitia virtutibus moralibus oppoſita, horumque triſtes effectus verbis depingere.

EX ETHICE PARTICVLARI.

DE HOMINVM OFFICIIS.

161. HOminis erga DEVM officia declarare.

162. Hominis in ordine ad ſe ipſum officia tradere.

163. Hominis erga ſocietatem domeſticam officia enarrare.

164. Hominum in civilem ſocietatem officia oſtendere.

165. *Invicta eſt* REGVM *auctoritas, neque unquam adverſus* PRINCIPES *rebellare licet.*

VASCONICAE. SOCIETATI
FELICIBVS. AVSPICIS
CAROLI. III. PII. AVGVSTI
ERECTAE. STABILITAE
CVI. PATRIAE. AMOR. NOMEN
ANIMI. VIGOR. INSTITVTVM. DEDERE
VT. IN. SVI. TOTIVSQVE. HISPANIAE
AVGMEN
NATVRAM. ARTES. SCIENTIAS
COLAT. PERFICIAT. ILLVSTRET
GENTILITIS. VIRTVTIBVS
ERGA. ALVMNOS
OMNESQVE. BONOS
APERTAE. SINCERAE. CONSTANTI
HAS. PHYSICES. THESES
FOEDERIS. LABORVM. PRIMITIAS
SERVATAE. FIDEI. ARGVMENTVM

O. C. D

AVGVSTINVS. DE. LANDABVRV
SOCIVS. LIMANVS

62-08

EPIGRAMMA.

Pacificis iam Palladis ornat tempora olivis
CANTABER, in bello qui modo fulmen erat:
Roma tuum revoca AVGVSTVM, reseraque Minervam,
Artibus ingenuis aut cito victa cades.

B786
L253g